

defraudandi, & homines sapius de facultatibus plus, quam in illis

inde haberi, ac si ea nunquam facta fuisset. Prout formulæ illi nihil agere istiusmodi efficacia in *l. 9. §. 2. π. de auth. Tut. l. 13. §. 1. π. de Avel. O. H. l. 2. π. de pignor. act. l. 34. π. de S. P. R.* & aliis paralellis retribus tribuitur. Dn. Struv. *Synt. jur. civ. ex. 40. th. 53.* Zœl. *comm. ad Dig. de manum. n. 11.* Ungep. *ex. 2. q. 15.* Diversum sentit Jul. Papius in *not. ad nostr. pr. libertatis scil. concessioem ipsô quidem jure subsistere, à creditoribus autem revocandam ac rescindendam esse, motus l. 5. §. 2. & 24. π. qui & à quib. manum. lib. non sunt. & l. 7. C. eod.* Verum illa quæ in voce *rescindi* lateret æquivocatio totum dissolvere dubium; Plerunq; enim ea actum initio subsistentem & quoad effectum saltem invalidum reddere notat: interdum tamen actum initio statim infirmum & nullum esse significat, *l. 7. §. 16. π. de pact. l. 64. §. 1. π. de condit. & demonst. l. 4. C. de lib. pret.*

XXX. Cum autem hæc juris dispositio perpetuò non obtineat, sed dura aliquando appareat; ideò Imperator κατ' ἀντίθεσιν & κατ' ἐξέσιν progreditur. Antithesis consistit in casu servi unici à Domino heredis instituti: ille etenim utur in fraudem creditorum manumissus fuerit, effectivè tamen liber fiebat. Exceptio hæc inducta primum in favorem Domini ut bona heredis potius quam defuncti nomine distraherentur: cum ignominiosum fuerit, bona alicujus propter æs alienum publicâ auctoritate divendi, *l. 23. π. quæ in fraud. Cred.* Et id ipsum notatur verbis *§. nostr. nè in juriâ i. e. ignominia defunctus afficiatur.* Et igitur ex hoc principio multò magis illa consuetudo improbanda, quæ nonnullis in locis corpora defunctorum debitorum ad instantiam Creditorum arrestari solent, daß man den todten Leichnam auff der Bahre kûmwert. V. Nov. 60. c. 1. Matt. Coler. *de process. exec. p. 1. c. 6. n. 116. & p. 2. c. 3. n. 428.* Dn. Richter. *decis. 87. n. 54.* Quamvis etiam defunctus ad incarcerationem se obligaverit. Carpz. *p. 1. c. 30. d. 22.* Deinceps in favorem Creditorum, ut habuerint eâ ratione à quò post mortem Domini credita sua exigere valerent. Servus deniq; pro illo onere, quò ipse ipsô jure & necessariò destitutus facultate abstinenti *l. 57. in fin. π. de Avel. O. H.* heres existeret creditoribusq; respondere & satisfacere tenebatur per *l. fin. §. 1. C. de Jur. de lib. libertatem cen. rem inæstimabilem juxta l. 106. de R. J.* & consequenter jus Civitatis Romanae consequeretur.

Ad §. I. Cas
& quib. ex
caus. manum
non lic.

XXXI.